Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

12

assari. extende manum utramque interiorem partem sinistre deorsum dextere vero
sursum tenens. et eam que inferior est paululum in ante movens. Eodem modo
si poma assari cupias. Pro signo lactis omnes digitos dextere manus minimo
alterius manus digito circumponas. et sic in ante trahas. ipsum lac emul
gentem simulans. Pro signo fladonum premisso generali signo panis et casei. de una manu
omnes digitos inflecte. et ita manu cava in interiorem superficiem alterius
manus pone. Pro signo crispellarum vel ut alii dicunt frigdolarum cum pugno
accipe crines. quasi cupias eos ita facere crispos. Pro signo crapfonum vel
ut alii rafeolarum premisso generali signo panis. simula cum duobus digitis il
las minutas involutiones que in eis sunt facte ex ea parte qua sunt compli
cate. et quasi rotunde. Pro signo panis qui in sartagine coquitur prescripto modo etiam
digitum suffla. signumque sagiminis adde. Pro signo pulmenti holeribus confecti.
cum indice dextro in summitate pugni sinistri simula incidentem eas
de herbas. Pro signo warmosine [interlinear: Sorbiciuncule] id est cibi ex herbis et holeribus confecti. etiam
extentam manum sinistram girum cum dextro indice facias pro eo quod et ipsum
ita circumfertur in olla. Pro signo milii isto eodem premisso. hoc adde. ut [interlinear: pollicem in] summi
tate minimi digiti modicum prosilire facias. Pro signo comedendi duos
supremos digitos coniunctos ad os semel porrige. ceteris pugillo
implicatis. Pro signo carnis. cum duobus digitis dextere manus exteriori in
superficie alterius cutem attinge addito signo comedendi. Pro signo sagi
minis. extende manum sinistram. et tres medios digitos alterius manus
in illius interiori leniter trahe. quasi unguentem simules. Pro signo olei quod ex
nucibus fieri solet. premisso nucis signo. tunc adiunge sagiminis
signum. Pro signo olei naturalis. premisso generali pomorum signo. adde
signum sagiminis. Pro signo mellis paulisper linguam fac apparere digitos
applica. quasi lambere velis. Pro signo generali pomorum maxi
me vel mali. pollicem cum aliis digitis conclude. Pro signo piri. premisso generali pomorum
signo. indicem extende. Pro signo cottani premisso generali lapidis signum adde.